

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,
insignes & peruetusti**

Petrus <Chrysologus>

Lvgdvni, 1623

Hoc loco diuus Petrus obmutuit, cuius silentij ratio abundè redditur,
Sermo. LXXXVI. De Hæmorrhioissa, & filia Archisynagogi, Sermo XXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50232)

*Hoc loco diuus Petrus obmutuit, cuius silentij ratio abunde
readitur, Sermo. LXXXVI.*

De Hemorrhoissa & filia Archisynagogi, Sermo XXXVI.

Verecundi debitoris est mox promissa dissolue-
re; nec creditoris animum, aut deludere moris,
aut longa expectatione suspendere. Cum Archisy-
nagoni, vel hæmorrhoiſæ mulieres connexa sibi, &
producta narratio, à consueta sermonis nostri bre-
uitate discederet, malum dimidiare tractatum; ne
non recrearetur tantum, quantum vester onerare-
tur auditus. Domino Archisynagogus occurrit,
& totus prolabitur in terram, causam refert, in-
sinuat dolorem, mouet perstantis affectum; impe-
rat ut properet, & accedat ad curam; econtra mu-
lieri dominus non quæsusitus occurrit, præteriens
occasione salutis ingessit; tacens causam tacentis
agnouit, occultum vulnus etiam celantis aspexit. In-
ter dominum & mulierem furtivæ salutis agitur
tam grande commercium; & dum publica petitione
viam facit rogatus, fidei cogitatio diuinum penetrat,
& peruenit ad secretū. Felix mulier quæ in tāta mul-
titudine est sola cū Christo; vt sola sit conscientia & salu-
tis redditæ, & virtutis excelsæ. Beata quæ talē reperit
accessum, cui nullus possit oblistere. Beata quæ tali
via ad suum proripiū & impedit autorem, quæ ante-
quam de vulnera suo confunderetur ab homine, ca-
reret ipsius vulneris frēditatem; sciens sibi apud homi-
nes, & per homines interclusum totius aditum sani-
tatis, qui horrere magis, quam curare vulnera consue-
uerunt. Deus abstergit vulnera humana, non despi-
cit; neque horret languores hominum, sed depellit;
nec detestatur immundicias humani corporis, sed
emendat; quia creaturæ suæ ad tactum nescit Deus,

Deus

Deus non potest sordidari. Sed Euangelista generat quæstionem, cum dicit; *Et statim Iesus in semetipso cum cognouisset virtutem, quæ exierat de eo, conuerus ad turbam aiebat; Quis terigit vestimenta mea?* Dum interrogat, velut ignorantiam profitetur; exisse virtutem de se sentit, ad quam exierat, nescit? quod præstiterat, nouit, cui præstiterit, ignorat? de persona dubitat, qui certus est de salute collata? Verum non ignorantis errore, sed maiestate dominus hic scientis, & præscientis, interrogat; nec quod occultum sibi esset, requirit; sed & ipsum sibi bene esse cognitum, sic demonstrat; dum taliter querendo cunctis ignorantibus, solus aperit quod latebat, interpellatricem tacitam, & suggesterentem cogitationibus solis, ac post tertium vittutis suæ consiliis adhaerentem, non ut discussor nescius, sed ut præscius inquisitor prodicit in medium, suisque facit astante conspectibus, ut quæ sibi portarat salutem, omnibus reportaret; & quæ virtutem probarat, agnosceret maiestatem; nec rediret, ut putabat, incognita, quæ plenam sibi dederat notionem. Dum erubescit vulnus, dum in tali cura ipsum veretur ut Deū, fidei suæ mulier non parua nubila sustinebat; & mentis suæ lumine cōfusionū nebulis ipsa caligabat. Vox ergo inquirentis domini, velut flatus salutaris fugavit nubes; dispersit nebulas; illustrauit fidem; & illam, quæ noctis latebat in tenebris, ipso sole reddidit clariorem. Aut minor est ista sole, quæ toto orbe radiat, quæ toto Ecclesiæ fulget & resplendet in cœtu? si sic rediisset inuisa, date veniam, eluserat medicum, non probarat; & sibi quod consecuta fuerat, ascribere potuit, non sananti; quæ se curam rapuisse de fimbria curantis crediderat, non de sensu, aut quid illius esse creditur, cuius in se virtutē senserat, voto tamē iudicabat

extra

extraneum? Quæ utique, & si ante curam verecundiæ fuerat quod latebat, humilitatis quod se iudicabat indignam, cur post curam non sponte, ut ageret gratias, ut honorem redderet, ut gloriam tanti operis referret, occurrit? sed posteaquam vidi dominum in inquisitione persistere, & discipulis excusantibus & compressionem turbæ opponentibus, non posse conspicit se latere, postquam illam timor & tremor conscientiæ cœpit arguere, venit in medium: ut quem occultè senserat medicum, palam profitetur, & adoraret ut Deum: & tam præsentibus, quam futuris fieret de tanto suo languore medicina, dicente Euangelista. *Mulier autem timens, actremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidens ante pedes eius, dixit ei omnem veritatem.* Verum, quia historica relatio ad altiorem semper intelligentiam sublimanda; & figuris præsentibus futura sunt nescenda mysteria; Archisynagogus, vel eius filia, siue mulier in fluxu sanguinis constituta, quid sub harum specie personarum teneant sacramenti, allegorico nunc sermone pendendum est. Archisynagogi filia, ad quam venit Christus, vadit, & properat, & humano gradu iter facit, qui diuinitus loco non potest promoueri, sine dubio synagoga est, dicente Domino: Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel. Sed dum ad illam Christus tendit, Ecclesia in cunctis gentibus posita, amissio naturæ bono, perdebat & profundebat sanguinem generis humani: cuius languorem peritia humana dum curare nititur, ipsum cumulabat: nam censura fragilitatis humanæ, ac mundanæ distractio disciplinæ, & populorum semper sanguinem fudit: & tamen nec hostes abdere, nec ciuium bella compescere, nec criminum poruit demeniam perdeleste. Hæc ergo talibus confessa

Mat. 15,

15. 15. 15.

fossa curis, vbi quidquid suæ fuerat & erat substantię, vidit esse consumptum, id est, animum, mentem, sensum, ingenium, laborem, industriam, rationem, quę utique rectoribus ad profectum velut medicantibus comodamus, vbi Christi prætereuntis sensit præsentiam, retro accessit: quia videre eum sanguine polluta non merebatur: accedit retro, hoc est, fidei sequitur auditum: & extrema Christi velut ipsam tangit fimbriam: dum non honoratur in patribus, non sanctificatur in lege, non se iactitat in Prophetis, non dominico ipso honoratur in corpore: dum ab illo generationis Christi ordine habetur extranea. Post tergum, hoc est nouissimo tempore Christum sequitur, & sancitur occulto fidei sacramento, & verè tetigit vestimentum, quod in sepulchro reperit, per quod resurgentis domini credidit & prædicauit insignia. Sed dum circa hanc Christus suis virtutibus occupatur, in Archisynagogi filia deficit, & moritur synagoga: ut, & ipsa ad vitam per fidem redeat, quæ per legem mortua fuerat, & perierat per naturam. *Inter hæc veniunt de domo archisynagogi, & dicunt, Noli vexare magistrum, mortua est puella.* Hodiéque Iudei nolunt vexari Christum, quem cupiunt non venire, & mortem pronunciant, qui spem resurrectionis infideliter perdidérunt, sed & illud huic assertionis nostræ quam conuenit, quod archisynagogi filia duodecim annos egisse refertur in vita, & hæc duodecim annos perseverasse memoratur in vulnere, cum virtusque nouissimo, & expleto tempore salus redderetur, & vita: nam iste numerus tempus humanae vitæ concludit: qui ut annum faciat duodecimum, distinguitur & numeratur in mensibus: vnde & Propheta sub annum domini acceptum Christum indicat aduenisse, & Apostolus tempotis plenitudine Christum venisse approbat,

Esa. 61.

lxxia.

LXX.

Gal. 4.

approbat, dicens: Postquam venit temporis plenitudo, misit Deus filium suum. Orate fratres, ut sicut sibi & legi, ut Christo viueret, defuncta est synagoga: ita & nos peccatis moriamur, & carni, ut viuere possimus in Christo.

De Ione Prophetæ signo, Sermo XX XVII.

Fratres sanctorum gesta casibus non sunt depu-
tanda, sed signis: & quæ vitiæ putantur illorum,
mysteriis sunt applicanda, non lapidibus; sicut hodie
dominica signauit, & patefecit instructio, dicens;

Luc. 11. Turbis autem concurrentibus coepit dicere Iesus, Generatio
hæc nequam est, signum querit, & signum non dabitur ei, nisi
signū Ione Prophetae; sicut enim Jonas signum fuit Niniu-
tis; ita erit & filius hominis generationi isti Ecce Prophe-
tae fuga ipsius domini vertitur in figuram, & quod
celebratur ferale naufragium, hoc sacramentum Do-
minicæ resurrectionis existit. Nam quemadmodum
Jonas typum per omnia tenuerit, & impleuerit salua-
toris historiæ, quæ de ipso scripta est, textus ostendit.

Ione 1. Fugit, inquit Jonas à facie Dei. Nonne Dominus, ut
hominis faciem præferret, & formam, faciem, for-
matumque propriæ deitatis aufugit? Apostolo sic dicen-

Philip. 2. te; Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitra-
tus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinan-
uit, formam serui accipiens. Formam suscepit serui
Dominus, ut lateret mūdum; ut diabolum præueniret,
in hominem se fugit ipsum. Et bene typus Christi ip-
sius Iona seruatur in verbis. non dixit; fugio Deum,
sed à facie Dei ego fugio; Deus qui ubique est, quo
seipsum fugiat non est, sed Christus non ut loco, sed
sicut specie faciem deitatis aufugeret, totum nostræ
seruitutis confugit ad vultum. Descendit, inquit, Io-
nas in Ioppen, ut fugeret in Thatsis. Audi descenso-

Ione 3.

rem